

que ut indign., c. ex eo de reg. Jur. in 6., Cravet. conf. 1. num. 3., Alex. conf. 127. nu. 2. V. aut voluntas lib. 7., Thesaur. lib. 2. q. 2. num. 20., ubi Rota, Ciardin. contrav. for. lib. 2. c. 126. num. 25., ubi num. 27., sive hæres, seu legatarius contraveniat committendo, sive negligendo, & omitendo, quia utroque modo contravenitur voluntati testatoris, ut est tex. satis clarus in l. unica C. de iis, que pene nomine ibi. Si minus dispositionibus suis hæres, vel legatarius parverit, ubi glos. in V. Si minus, explicat, id est (si non.) Pro solutione autem contrariorum videatur. Ciardin. loco supra citato, Peregrin. de fideicom. art. 16. num. 126. 127., Paris. conf. 19. n. 226. lib. 2., Vide infra de neglig. hæredum.

26 Fallit decimoquarto, in exequutore legatorum Piorum, qui si per annum distulerit, post monitionem Episcopi, exequi legata in testamento relicta, statim executio devolvitur ad Episcopum, quia præsumitur negligentia in exequutore, nos quidem de testam., ubi Barbosa num. 2., dicit unicam sufficere monitionem, & de officio, & potestate Episcopi alleg. 82. num. 24.: Ita ut Exequutor negligens non admittatur ad purgandam moram, quia terminus est constitutus à lege. Sanchez. de matrim. lib. 6. d. 22. nu. 4., Diana p. 8. tract. 5. resol. 54.

27 Fallit decimoquinto, in hærede, qui in tempore à lege statuto, non conficit inventarium juxta l. fin. C. de jur. deliber., tunc ita præsumitur negligens, ut nequeat moram purgare, ut post Caroc. tit. de mora num. 38., & seqq., Antonel. de temp. leg. lib. 4. c. 15. nu. 16.

28 Fallit decimosexto, in Emphiteuta, ubi in concessione fuerit appositum pactum resolutivum, nam facta declaratione caducitatis per dominum, ita præsumitur negligens, ut neque admittatur purgatio moræ. Caroc. tit. de mora nu. 33., Antonell. de temp. leg. lib. 4. c. 15. num. 11., Fulgin. de Emphiteusis tit. de solut. can., & q. 6. num. 22., Statil. de Salviano interdicto inspect. 5. c. unico num. 197., Borell. summa decis. tit. de Emphiteu. num. 180.

Quamquam Fulgin. d. num. 22. contendat ostendere, quod etiam de Jure Canonico in casu prædicto, liceat celeri solutione, moram

purgare, dummodo mora parva sit, unius scilicet, vel duorum dierum.

29 Fallit decimosextimo, in eo, qui est negligens in curandis minoribus, puta in cura domus familiæ suæ, quia tunc multo magis præsumitur negligens in majoribus, ubi major cura exigitur, puta in cura Ecclesiæ Dei, sic qui negligens est in cura familiæ suæ non debet eligi in Episcopum, propter præsumptam negligentiam in ea curanda, & regenda, unde D. Paulus 1. ad Thimoteum c. 3. scribit (si quis Domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit,) & refertur in c. sicut in 9. necesse est dist. 47., ubi glos. in V. necesse est, ait, qui negligenter suos gubernavit, præsumitur contra eum, quod circa extraneos futurus sit magis negligens, ita quoque qui est negligens in majoribus, & rebus magni momenti, præsumitur futurus negligens in minoribus, quia solet homo prudens majorem diligentiam adhibere in gravioribus, quam in minoribus ad tradita per Bartol. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter in 3. col. ff. ex quibus causis majores.

30 Fallit decimoctavo, in eo, cui mandata sint duo, & in uno est negligens, tunc præsumitur futurus negligens, & in alio c. scribam de præsumpt., glos. in c. si capitulo in V. vocatione ad finem de concess. præb. in 6. nisi tamen sit major ratio.

31 Fallit decimonono, per lapsum temporis, præsumitur negligentia glos. in c. si autem, ubi Felin. num. 3., Menoch. de recuper. possess. remed. 7. q. 5. num. 21., & in hac negligentia præsumpta, fundatur tota legalis dispositio de præscriptionibus, ut de præscriptione statutaria notat Pigant. ad Statut. Ferrariæ lib. 2. rub. 128. num. 3., ubi num. 34. V., & quod major negligentia consideratur in eo, qui mandatum obtinuit; quia (ut dicam infra c. 13.) præscriptio est effectus negligentiae veræ, aut præsumptæ, licet ubi negligentia sit præsumpta, tunc competat remedium restitutionis in integrum.

32 Fallit vigesimo, quoad Deum, quia absque probatione, aut monitione punitur omnis negligentia, quia ei nihil est occultum. Felin. in c. si autem sub num. 3. V. Secundo limitat de rescript.

ARTICULUS XIII.

Quomodo negligentia probetur.

Diximus præcedenti articulo, regulam esse, quod negligentia non præsumatur, sed veniat probanda ab eo, qui in ea, se fundat; modò quærimus, quomodo negligentia probari possit. Videatur consil. Bart. 102. Vol. 1.

1 Præmitto, quod negligentia absolute, & simpliciter sumpta, sicut negatio absolute sumpta, nequit ullo modo probari, neque directe, neque indirecte, puta, quod aliquis nunquam contraxerit matrimonium, quæ negligentia, & negatio dicitur absolute, & simpliciter, quia non coarctatur loco, nec tempore, nec persona, & de hoc est bona, glos. in c. bonæ memoriæ il primo, in Vers. per rerum naturam de elect., Abbas ibid. num. 13., quia hæc negativa est indeterminata, vaga, pura, & improbabilis. Mascard. de probat. concl. 1092. num. 3., idèd negativa, seu negligentia hæc, (tu non obtinuisti licentiam à Dacario, &c., à Superiore, &c., non petiisti consilium, &c.), ut potè simplex, & absoluta, nullo coarctata loco, tempore, improbabilis dicitur, quia est necesse probare de qualibet parte temporis. Cravet. conf. 1. num. 10., in quo casu allegans affirmativam, putà petiisse licentiam, consilium, &c., tenetur probare, quia negativa, & quia impossibilis probationis, censetur probata, dum non probatur in contrarium; Bald. conf. 79. lib. 2.; Conciol. allegat. 79. nu. 4., Ciriac. contrav. 519. num. 14., latè de hac negativa indeterminata, & de negativa restricta, & coarctata tractat. Ancharan. in c. bonæ il 1. n. 5. Vers. quarto opponitur de elect., ubi videtur dicere, quod negativa coarctata, directe probari possit, & cadat sub sensu, putà quod non sit rasura, in scriptura, quia oculus id intuetur; verum si benè attendatur, solum concludit, de probatione indirecta, quia quod rasura, aut castatura, non appareat, id colligitur, ex positivo apparente benè formato, ex quo sequitur negativa, nihil esse castatum.

Qua propter dicebat Bartol. consil. 102., vel non potest probari, vel difficile; quia ne-

gligentia est, quid non formatum, cum sensu; non percipiatur, Menoch. de recuperanda possess. remed. 7. quest. 5. num. 19.

2 Ex ea difficultate probationis; orta est regula vulgata; (quod duobus testibus affirmantibus, magis creditur, quam mille negantibus) glos. in l. diem profere §. si plures in Vers. confesserunt ff. de recep. arbitr., Gabriel. de testibus concl. 4. num. 1., Mascard. de probat. concl. 70. num. 2., Fran. Curt. in tract. de testibus concl. 25. num. 54., Abbas tamen in d. c. bonæ memoriæ num. 13. vers. quod ergo, & Mascard. concl. 70. num. 5., limitat eam regulam, ut non habeat locum, in negativa coarctata, sed in negativa credulitatis, vel purgationis, c. ad nostram de prob., eandem regulam pariter declarat Fran. Curt. tract. de prob. num. 54. concl. 25., & concl. 26., intelligi in probanda negligentia simplici, & absoluta, & nullatenus coarctata, removendo sensum ab actu, (ut dicam infra) Gabriel. in d. concl. 4. num. 3., Curt. supra num. 55. dicit in probatione, procedere à pari affirmativa, & negativa, ubi etiam, quod fallat, in criminibus, Mascard. supra num. 10., quia tunc magis creditur testibus negantibus crimen, quam affirmantibus; ratio erit, quia negantes, habent præsumptionem Juris, pro se quod scilicet delicta non præsumuntur, juxta theoreticam Baldi in l. si quis diuturno ff. si servitus vindicetur, Roman. conf. 241. incipit Spectabiles Domini Collaterales num. 5., idèd glos. in c. Clerici in Vers. aliqui dist. 81. dicit testes laicos, deponentes pro non crimine, præponendos esse clericis, deponentibus pro crimine. Gabriel. de test. concl. 4. n. 1. infra, & num. 10.

3 Et quidem primò, negligentia, ab aliquibus dicitur probari, si probemus, quod is, quem dicimus negligentem, facere potuit, & non fecit, ad allegata per Giurbam decis. 4. num. 5. Verum lex dictum supponit, quod potuerit, & non fecerit; quæ duo adhuc sunt probanda.

4 Probatum ergo primò, præsumptive per lapsum temporis statuti à jure, vel ab homine, ad aliquid faciendum, probata requisitione, & causam fuisse instructam; Felin. in c.

in c. si autem num. 3. de rescript., Decius eo c. si autem nu. 16., quia per lapsum temporis statuti, requisitionem, & causæ instructionem, negligentia præsumitur, (ut superiori art. in pluribus fallentiis ostensum est), & dixit glos. in d. c. si autem in V. dolo de rescript., Menoch. de recuperanda possess. remed. 7. quest. 5. nu. 21., qua probatione facta, transfertur onus probandi in eum, qui facere debebat, quod fecerit, aut quod fuerit legitime impeditis; Bartol. conf. 102. carissime domine num. 1., Rota coram Marquemontio 19. Novembris 1610. in causa Romana mortis Farnesi, Bossius tit. de officialibus corrupt. num. 25., Gratian. discept. for. c. 527. num. 9. per tex. in l. 3. §. si ad diem, & l. comeatus ff. de re milit., Pigant. ad Statut. Ferrariae lib. 2. rub. 128. num. 3.

5 Verum prædicta, solum habent locum, ubi dies certa est à lege, vel ab homine statuta, pluries autem contingit probare negligentiam, ubi nullus terminus, nulla dies certa statuta est, neque à lege, neque ab homine, tunc quia non est locus dictæ præsumptioni, neque potest probari, terminum esse lapsum, videndum est, quomodo sit probanda negligentia.

6 Primò observo, quod negligentia directè nequit probari per testes, quia cum consistat in negativo, idest in (non facere), negatio autem non cadat directè sub sensu, ita neque negligentia, cadit directè sub sensu, ac per consequens, probanda erit indirectè, quod observat Mascard. de prob. concl. 1093. num. 7. Paris de Syndicatu Vers. negligentia c. 5. n. 3.

7 Secundò observo, quod aliquis potest esse obligatus facere aliquid absolute, absque ulla temporis præfinitione, ut cum testator imponit hæredi absolute, & absque temporis præfinitione, ut solvat Ecclesiæ centum, vel potest esse obligatus facere sub conditione, si & quando contingat casus &c.

8 Si ergo probanda sit negligentia omissæ rem debitam, si & quando contingat casus, oportet probare casum evenisse, & quod obligatus sciverit casum evenisse. Bartol. in conf. 102. carissime domine num. 1., & quod potuerit facere rem præceptam; Mascard. d. concl. 1093. num. 5., & neglexerit, Burat. decis. 665. num. 2. 5. 6., Tusc. Vers. negligentia concl. 32. num. 7., Bartol. in l. ab hostibus §. 1. ff. sol. matr., Decius conf. 430. in principio, Barbosa in votis decisu. lib. 2. voto 61. num. 4., ubi num. 5., quod Castellanus, non

ex eo probatur negligens, in defensione Castri ab hostibus capti, quod non restiterit, sed oportet probare, quod potuerit resistere, pugnare, quod habebat milites numero sufficientes, & necessaria ad pugnandum, & defendendum, & tamen omiserit; idem ad probandum tutorem fuisse negligentem in emendis prædiis, ex pecuniis pupilli, debeo probare reperi, vel tunc reperta fuisse, prædia vendibilia, eo tempore quod poterat per alios negotiari, oportet probare tunc temporis fuisse homines aptos ad id negotium, & per eos potuisse negotiari, l. idemque ff. pro socio, & quomodo articuletur, in probanda negligentia, videatur Menoch. de recup. remed. 7. à n. 19., & seqq.

9 Si autem negligentia probanda sit in primò casu, quo scilicet res præcepta est absolute, absque temporis præfinitione, tunc prærequiritur monitio, seu interpellatio, ad effectum constituendi, obligatum in mora, alioquin numquam constituitur in mora, neque fit negligens; Felin. d. c. si autem num. 3. de rescript., & nos supra latè ostendimus articulo quarto.

10 Posito autem obligato in mora per monitionem, seu interpellationem, tum negligentia, saltem indirectè, probatur per testes, qui tamen non deponerent sufficienter, si simpliciter deponerent negativam, ut, illum fuisse, ac esse negligentem, quia hoc est potius iudicium intellectus; Tuscus Vers. negligentia concl. 32. num. 4., quàm deponere de iis quæ solum cadunt sub sensu, prout requiritur in testibus c. causam de testibus, l. testium C. de testibus, c. acusator 6. quest. 5., c. super hoc de renunt., c. bonæ de elect., c. cum Ecclesia Sutrina de causa possess., & propr. Bartol. d. conf. 102. num. 2. 3., Nam testis non debet iudicare, sed simpliciter factum narrare; Mascard. de probat. concl. 458. num. 8. vol. 1., & concl. 1370. vol. 3., Farinac. de test. quest. 68. num. 33., Rota decis. 107. num. 31., & seqq. p. 2. divers., Conciol. alleg. 92. num. 23., Gabriel. conf. 178. nu. 10. lib. 1., & conf. 169. nu. 9. lib. 2.; Ideo negligentiam esse difficilis probationis, ut post Bartol. docet Menoch. de recup. poss. remed. 7. num. 18. 19.

11 Hinc sequitur, quod ad probandam negligentiam debent, deponere de aliquo actu cadente sub sensu, ad quem veniet in necessariam consequentiam, omissio, & negligentia probanda, putà quod tali die, & loco,

quod evenit talis casus, ipse testis erat præsens, & quod viderit omnes adstantes, & intererentes, ac operantes &c. inter quos non vidit Titium, sicque sequitur necessario Titium non interfuisse, non fuisse operatum, ac consequenter probat illius omissionem, & negligentiam, arg. in §. si verò absunt. Auth. de hered. & falcid., ad quod videnda sunt scripta per Farinac. de test. negativis quest. 65. num. 207., & seqq., & Bartol. in tract. de testibus Vers. lata culpa num. 112., Mascard. d. concl. 1093. num. 8.

12 Et ad nostrum intentum faciunt scripta, per Mascard. concl. 1092., & DD. communiter de negativa probanda, quod scilicet negativa, & sic negligentia duobus modis probari possit. Primò removendo actum à sensu, quatenus dicant testes, quod tali die, & hora ipsi fuerunt præsentés in tali loco, & non fuit factum, quod erat faciendum à Titio, nec potuisset fieri quin vidissent, quia si potuisset fieri, quin vidissent, nihil probant, Decius consil. 94. num. 5., conf. 649. num. 10., Cravet. conf. 21. num. 4., Altograd. conf. 50. n. 118. lib. 1., Lodovis. decis. 42. num. 5., & decis. 310. num. 1., Mantica decis. 350. num. 7., & seqq., Conciol. alleg. 79. num. 5.

13 Dixi removendo actum à sensu, quia si deponerent, e contra, idest removendo sensum ab actu, nihil probarent, putà dicendo, se non vidisse Titium talia facere, eo quia potuisset ea fecisse, & testes non viderint, quia sic non coarctant negativam, Mascard. concl. 1091. num. 9., & DD. supra allegati, etiam si essent mille testes; Fran. Curt. tract. de testibus nu. 54. concl. 25., & concl. 27., eo quia non sequitur omissio, & negligentia per necesse, Cephal. conf. 287. num. 16. lib. 1., Osasch. conf. 66. num. 29., Conciol. d. alleg. 79. num. 6.

14 Secundo modo probatur negligentia indirectè, c. quoniam contra de prob., c. ex tenore de testibus, c. bene il primo ubi glos. in Vers. rerum naturam de elect., concordat tex. c. super hoc de renunt., Barbof. ad d. c. bonæ num. 8., non enim potest directè probari, quia negatio, seu negligentia, ut potè non ens nullas habet causas; Abbas in c. bonæ memoriæ num. 13., & in hoc sensu glos. supra citat. c. bonæ in d. Vers. per rerum naturam interpretatur, idest per rerum causas; indirectè igitur probari potest, probando, scilicet aliquid aliud, ex quo per necesse sequitur probatio negli-

gentiæ, ut si Kal. Augusti debebat Titius Ferrariae aliquid operari, si probetur, quod eo toto die Titius fuit Venetiis, sequitur per necesse, quod non fuit Ferrariae, nec ibi operatus sit, quod debebat, dicitur autem probatio indirecta, quia probatur aliquid positivum, ex quo sequitur inductio negativa, ita pariter in eo, quod subditus malus est, indirectè probatur negligentia Prælati, in correctione sibi ex debito officii facienda, quia capite languescente, cætera corporis membra inficiuntur, c. ex merito 6. quest. 1., notat Immola in c. irrefragabili in principio de officio Ord.

15 Tertio modo probatur negligentia per confessionem partis, si ille, qui non fecit, sed omittit, quod facere debebat, fateatur, se omisisse, glos. in l. 2., & ibi Bald., C. de novi oper. nunt; Mascard. de prob. concl. 1092. num. 11.

16 Quarto modo, probatur per ostensionem scripturæ, seu instrumenti, ubi sunt descripti, qui fecerunt, quod debebant, in quo cum non legatur descriptus ille, de cuius negligentia, & omissione agitur, statim remanet probata ejus negligentia, l. fin. C. de reb. cred., l. 1. C. de exact. tribut., Martin. Fanens. tract. de negativa probanda num. 4., ita per ostensionem libri, & inspectionem ejusdem, ex quo apparet non scriptum, quod debebat esse scriptum Fanens. supra nu. 8. hoc modo probatur negligentia Parochi, qui non descripsit matrimonia, baptizatos, mortuos, &c. in libro ad hoc præparato.

17 Quintò, probatur per famam publicam, ubi communi, & publica voce, & fama, feratur negligentia, & omissio ejus, de quo agitur, Martin. Fanens. d. tract. num. 6.

18 Oportet autem in probatione negligentia, præ cæteris, probare negligentem fuisse sufficienter interpellatum. Cravet. conf. 132. nu. 6., & potuisse facere, & omisisse pro ut alias supra ostensum est; Socin. conf. 273. n. 5. 6. vol. 2., quia negligens non dicitur, qui non est constitutus in mora, & potuit facere, & non fecit, c. 1. de suppl. neg. Præl., l. de unoquoque §. fin. de re Jud., ideo negligentia Parochi probatur ex eo, quod fuerit pluries requisitus administrare sacramenta, & tamen omiserit, licet posset administrare, Alex. conf. 81. num. 1. lib. 4., Tusc. Vers. Negligentia concl. 32. num. 19., & 21.